


IO. BAPTISTAE
CAMPEGII
MAIORICENSIS
EPISCOPI.

De Tusculana Villa sua,

AD FRANCISCVM BOLOGNETVM
SENATOREM
EPISTOLA.



BONONIAE,
Ex Typographia Alexandri Benacii. MDLXXI.
Permittentibus RR. DD. Vic. Episc. & Inquisit.



IO. BAPTISTA

CAMPEGII

MAIORICENSIS

EPISCOPI

De Tusculana Villa sua

AD FRANCISCVM BOLOGNETVM

SENATOREM

EPISTOLA



BONONIAE

Ex Typographia Alexandri Benedicij. MDLXXI

Tommaso de' Medici



IO: BAPTISTA

CAMPEGIVS EPISCOVVS

MAIORICENSIS.

FRANCISCO BOLOGNETO.

S. P. D.



TUSCVLANA Villa mea (vt mihi quidem persuadeo) eiusmodi est, vt non modò istius vr̄bis Senator, & Senator Bolognetus, villæ amicissimus, sed etiã quicunq; honore, dignitate, ætateq; præcellēs, & quē rusticari non ita multum delectet, illã negligere, aut prorsus aspernari non debeat. Etenim licet careat tecto laqueato, & marmoreis pavimētis, nec superbis suffulta columnis appareat, nō caret tamen cubiculis, conclauibus, ac porticibus non solū ad habitandum, & deambulādum cōmodis, verū etiam ad delectandū egregiē instructis, atq; ornatis. vt multi hæc intuentes in admirationem effusi, siquam absurdē, illud Poetæ

Tusculana Villa Structura qualis.

Homerus

ideft.
Talis est quidē
Iouis Olympii
regia.
Ambulationes
amplissimæ,
et amenissi-
mæ.

Prospectus Vil-
læ iucundissi-
mus.

At

Inuitat Bolo-
gnetum, & Si-
gonium.
Caroli Sigonii
viri doctissimi
cōmendatio.

hV anagloT
eivōvut? ai
allup

Boni ad bono-
rum cœnas spō-
tanei accedūt.

vsurpent. Ζητός που τοῖδε γ' ὀλυμπίου ἐνθουθεν αὐλῆς; eos
verò prospectus habet, ut possint hospites di-
scumbentes inspicere ambulationes, & rectas,
& transuersas, laxitate, longitudine, ac herbe-
scente ex illis viriditate, omnibus, quæ in agro
Bononiensi sunt, longè superiores; eam deniq;
ridantium, ac viridantium pratorum, horto-
rumq; amœnitatē suppeditat, ut oculi sese ape-
rientium florum, ac nascētium herbarum con-
spectu iucundissimo capti, quocunque incide-
rint, voluptate incredibili perfundantur. Qui
aspectus omnibus montes, & saxa cogitātibus,
nilq; tale procurantibus mirificam quandam
(iucunditatem, & hilaritatem apportat, ita vt
fatiari delectatione non possint, natura loci hu-
ius aliquo pacto ab arte adiuta sic ferente, ac
dominante, vt quæ ad animos nostros, & vul-
tus reficiendos quæri possint, & debeant, ea
omnia hic & volentes, & nolentes, atque aliud
agentes oculis percipiamus. Quare (quod com-
modo tuo fiat) eam vñ cum Sigonio viro do-
ctissimo, cuius mores ad ambitionem incum-
bere non videntur, ac vtriusq; nostrum ami-
cissimo poteris inuisere; quam adhuc te non
uidisse, turpe quodammodo vtrique nostrum
videtur esse; mihi quidē, qui te non inuitarim,
tibi verò, qui vltro ad nos nō veneris. quanquā
vt ille inquit, ἀγαθὸν ἐπὶ δαίτας ἴασιν αὐτόματῶς ἀγαθοί.
sed quid tibi, ne huic officio seruires, fuerit im-
pedi-

pedimento, ex tuis literis cognoui. honesta fa-
nè excusatio, amicorum causa in officio clau-
dicare, doleo tamen non leuiter, istam tuam
tantam ad me veniendi cupiditatem, quam in
tua epistola ostendis (vera loquor) aliorum
fuisse negotiis impeditam. cur verò ego stu-
diosè te ob nostram necessitudinem adhuc nō
inuitarim, cum multa me detinuerunt, tum
illud potissimum, quòd cum mihi ad instruen-
dam, ornandamq; villam hanc, (lautius enim,
vt omnibus notissimum est, fuit ædificata)
multæ diuersorum artificum, atque opificum
operæ essent non modo opportuna, verum
etiam admodum necessaria, semper in illis præ-
standis alter altero (vt ipsorū mos est, & quasi
lex inuiolata) inuentus est tardior; atque ita,
vt nisi diligentia, assiduitasq; meorum quoti-
diana, ac mea quoque præsto fuisset, quæ illis
stimuli instar, ac calcarium quodāmodo fuit,
plurima nunc quoq; deessent, quæ habitatio-
nem hanc multò commodiorem, elegantio-
remq; reddunt. Cuius ne te omnino ratio la-
teat, postquàm huc nescio qua nam ianua in-
gressus sum, accipe cœli temperiem, & vnà to-
tius villæ iucunditates, cōmoditatesq;. Cœlum
regionis huius, quod ante omnia requiritur,
salubre est, raroq; caliginosum. cuius rei cer-
tissimo illud est argumento, quòd sol nitidus
ferè, & vnctus hic apparet, multiq; numeran-
tur,

Cœli temperies.

Aetas incolarū
longæua.

tur, qui octoginta, & nonaginta, & amplius an-
nos complent, nunquam in suis studiis, & ope-
ribus cessantes. Atque hæc res vna effecit, ut
Tusculano, atque huic omni solo sim factus
amicior. Spero enim, vel potius confido, ex
diutina mansione, quam hoc in loco cogito,
me non solum morbum veterem, & nouas ten-
tationes, quibus antea sæpissimè vexabar, faci-
le depulsurum, verum etiam bonam partem vi-
rium pristinarum recuperaturū, adhibita præ-
sertim (vt iam facere institui) tam in esculentis,
quàm in poculentis, victus quotidiani mode-
ratione. nam ex sententia cuiusdam optimi au-
ctoris, & poetæ valde boni: οὐδὲ ὑγείας τῆς κατὰ
σῶμ' ἀμελείαν εἶχειν χρὴ, ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου γυ-
μνασίων τε ποιῆσθαι, μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὅ μὴ σ' ἐνίησιν.

Quamobrem nec tu, nec quispiã alius ex ami-
cis posthac mirabitur, si me articulorum dolo-
ribus grauiter laborantem, & ætatem, quæ re-
liqua est, in literarum studiis agere volentem,
scriptione præsertim, & literis hic me non ob-
turbantibus, sed lenientibus potius, cum Bono-
nia abesse contigerit, nusquam libentius esse,
quàm in Tusculano intelliges: in quo æsti-
uis his diebus summa loci amœnitate me pla-
nè refeci. præclarè namque dixit Menander,
ὁ πατήρ γε πονεῖν ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός. hic ergo mea
senectutis requies, & oblectamentū erit. amœ-
nitas enim, & salubritas regionis huius, hoc po-
tissimum

id est,
Neque ualetu-
dinis corporis
negligentiã ha-
bere oportet:
sed & potus me-
suram, & cibi,
& exercitatio-
nū facere, men-
suram aut dico
hoc, quò tu nõ
languescas.

Amor Campe-
gii erga Villã.


Menander.
Pater quidem
vitæ est homi-
nibus ager.

tissimum anni tempore mihi est perquam gra-
tissima, & quàm maximè prodest, ætasq; ingra-
uescens mea, iam ab ægrotatione, & laboribus
(deuexa ad otium, ad rusticarum me rerum de-
lectationem non modo non retardat, verum
etiam plurimum inuitat, atque allecat; nulla
enim re hic impedimur, nulla prohibemur,
nulla egemus, togæq; (quod parui momenti
non est) necessitas nulla, nisi, si quando occur-
rimus Senatori, aut feminae primariæ, huc aut
mei salutandi, aut animi relaxandi causa acce-
dentibus. & illi libentissimè locis huiusmodi
vtri solent, qui siue quid secum ipsi cogitant,
siue grauioribus studiis, ac eruditis lectio-
nibus totos se tradūt, aut literis cogitationes suas
mãdant: quare in re hac nullæ deυτέραι φροντίδες.
amplius mihi restant. Aqua verò & putealis,
& fluuiialis (neque enim vllus hic scatet fons)
dulcis est, & perlucida, & ad cibaria percoquē-
da, nec non ad lauanda, tergenda, purgandaq;
toralia, mappas, & cætera domesticæ supellec-
tis instrumenta maximè opportuna, æstate au-
tem adèd frigida, vt vix illam pede possis ren-
tare. neque verò aquationis causa longius est
procedendum, quippe cum huius villæ latera
Rhenus alluat, fluuius humilis ille quidem, sed
tamèn nauium patiens, & cum sit perennis, ad
importanda, exportandaq; ea, quæ loco huic
v sui sunt, satis aptus, atq; accommodatus, neq;
hic

id est,
Secundæ cogi-
tationes.

id est,
Secundæ cogi-
tationes.
Aquarum puri-
tas.

Rhenus flumē
latera Villæ al-
luens Nauium
patiēs, ac pisci-
bus refertus.



hic ullo pacto rapax est, aut minax, sed cum ad piscandum (nam quavis preciosis careat piscibus, canctos tamen, anguillas, proceros lupos, ac paruos, eosq; optimos pisciculos fert) tum ad alias villas circumiacentes visendas, ac obeundas nauigationem quietam, & commodam pollicetur. Iam verò ager ita fœcundus,

Agrorum feracitas. Cultura, & sterco ratio agrorum anima.

& ferax est, vt nunquam recuset imperium, immo, si rectè colas, & stercores (cultura nanque, & sterco ratio agrorum anima veluti quædam videtur esse) votis agricolæ quantumuis

Vina generosa.

auari facillimè respondeat. Vina etiam, quæ hic feruntur, mollissima sunt, & optima, vt falernis parum cedant, plurimumq; in aqua valent.

Aestiu lenitas, & caloris remissio.

Quid de caloribus dicam? præsertim Quintilis, & Sextilis, in quo maximè villa comoda, ac hilaris ab incommoda, & ingrata diu dicatur: caue putes, vsquam (de agris loquor campestribus) esse minores, remissiores: meridianos, nanque, quo tempore sol ardens culmini domus imminet, atque insistit, à quibus maximè affligi solemus, & propter testudinū altitudinem, cubiculorumq; præstantiam auras patentibus fenestris accipiētium, transmittentiumq; eorum præcipuè, quæ septentrionem aspiciunt, aut non sentimus, aut certè facile toleramus, & ita toleramus, vt in his tota diurna tempora, & legendo, & scribendo, & cum amicis colloquēdo, liberiore, ac solutiore

animo

animo sine molestia consumere possimus. matutinum verò tempus, ac vespertinum, itemq; nocturnum adeò frigidum est, vt in vere, aut in autumnò nullibi (mihi crede) sit frigidius. quo fit. vt noctes ipsas insomnes traducere minimè cogamur. & si mero non incalueris, sed temperatis escis, ac modicis potationibus affectus dormitum te conferas, totas perbelle admodum, & maxima cum tranquillitate transiges: eoq; magis si in cubiculo noctis, ac somni cubueris, vbi nec famulorum clamores, nec tempestatum uarietatem, ac motum, nec Iouem ipsum tonantem, aut fulgurantem senties; nec diem, vel sole recente orto, nisi fenestris apertis, uidebis. maneq; cum è lecto surrexeris, concentumq; auium, & vnà zephyrum leniter flantem (quod ferè fit) senseris, aerisq; suauitatem omnibus partibus, & animi, & corporis degustaueris, dicam quod sentio, & quod mecum omnes ferè sentire videntur, locum alium, qui Tusculano sit amœnior, aut temperatior, non ita facile reperiri posse. Huc accedit, quòd si iter aliquod facere volueris, vel animi recreandi causa, vel ad amicos, vel villam aliquam, aut hortos inuisendos, vias

Noctis, & somni cubiculū quietissimum.

Matutina suauitas elegantissime descripta.

Via Umbrosa.

D &

& frondosa, & proceræ sunt satis: quarum umbræ ex diei crescentis, aut decrescutis ratione, modo breuiores, modo longiores hac, vel illac cadunt. quo maior ex hoc loco mediusfidius percipitur voluptas, & villa hæc nobilitatur magis. Ego verò ætate vias umbrosiores vquam conspici nō posse, mihi facile persuadeo. De huius autem amplæ satis, atque magnificæ domus architectura noli expectare, dum scribam. neq; enim (vt vineta egomet cædā mea) huius artis vllam prorsus intelligētiam habeo, atque omnino ipsa oculis aspiciētium vniuersa cōtinuo se offert, & aperit. omittam etiā illius partitionem, & quot cubicula adiuncta atrium maius habeat, atque atriole ne aliquo, aut eiusmodi membro insignita sit, & ad quam cæli plagā quæq; pars spectet. omnia enim hæc vnicuique intuenti in promptu sunt, & patent. illud autē nullo pacto nec possum, nec debeo silentio præterire, quod ad commendationem maximam Francisci, & Io. Baptistæ Ramondinorum pertinet, qui totū hoc ædificium à fundamentis extruxerunt: hoc autem est pars illius inferior, eam dico partem, quæ subtus est: quæ ita commodè, amplè, ac magnificè ædificata est, vt nulla commodior, amplior, ac magnificentior in Bononiensi agro existat: in ea enim, præterquàm quòd cella vinaria, penaria, olearia, coquina quoque, & cæteræ cellæ reperiuntur, quæ non solum pro conseruandis, custodiendisq;

Domus est quidem partitionibus, cubiculis, atriis, cæterisque Architecturæ perfectis obseruationibus ad eò conspicua, vt ad Regalem usque superbiam accedat.

Franciscus, & Io. Baptista Ramondini Tusculanum extruxerunt.

Inferior pars domus mirifica.

diendisq; rebus, quæ ad domesticum vsu maxime requiruntur, in primis sunt necessariae, verumetiam pro accipiendis hospitibus (si vsu posceret) admodum comoda, tantoperæ nonnullæ ex illis munda sunt, ac nitidæ: in ea inquam est cloaca, per quam homo rectus incedit, ad passus ducentos longa, tota pauimentata, quæ recta decurrit in flumen, secum quicquid colluicium, quisquiliarum, ac retri odoris hoc in loco produci possit, vsq; ad eò deferens, vt omnes cellæ nec suis, nec alienis vnquam fordibus obsolescant: res mirabilis sanè, & utilis valde huic villæ, ac planè salutaris, & qua vna bonitas, pulchritudo, commoditas, & sanitas (vt ita dicam) vniuersi ædificii niti, ac constare videatur: & vt de multis audiui, id quod etiam ex tabulis Ramondinorum facile comprobatur, H. S. X. L. millia in hoc opus coniecta sunt: nec vllus adhuc extitit, qui partem hanc viderit, omniaq; secum suis pōderibus diligentius examinauerit, cuius hæc non fuerit opinio, sumptum ad eò liberalem nusquam melius, aut magis appositè poni potuisse: etenim cum præter modum luminosa hæc tota structura sit, nullus tamen locus lucet, ac splendet magis, quàm hic, qui est ex omni parte tenebricosus: vsque ad eò, vt opus hoc non priuati ciuis, sed aut ipsius populi, aut primarii alicuius, ac locupletissimi in ciuitate hominis, opibus, & impensis extructum esse appareat. Nō parum etiam vtilitatis

Cloacæ decurrentis in flumē vtilitas maxima

Cloaca mille aureorum sumptu confecta.

Horti pulcher-
rimi in Funo
Alexii Vrsi Se-
natoris nobilif-
simi.

litatis, & ornamenti huic loco additur ex hor-
torum propinquitate Alexij Vrsi, collegæ tui,
& mei amantissimi: qui cum sint, & aspectu
pulcherrimi, atque omnium fructuum, & ole-
rum, quæ in regione hac nascuntur, copia, sua-
uitate, ac varietate refertissimi, mihi pro sūma
huius optimi viri humanitate, & liberalitate,
ira non tam ad spectandum, quàm ad carpen-
dum, & asportandum patent, vt ego, æquè atq;
ille, illis fruar, atque vtar, neq; is eorum potior
dominus, quàm ego, esse videatur: quid mul-
tis? breue faciam, meæ villæ, sic volente, & im-
perante domino, quotiescunq; mihi libuerit,
ac fuerit opus, horti isti pro altera succidia sub-
seruiūt: quibus nec fructu lætius, nec visu amœ-
nius nihil esse potest: cū eos pyrus, ficus, mala
punica, rubens vua mirabili magnitudine, in-
cultis pendēs sentibus frequens, perquam ele-
ganter vestiat. Quoties Homerum lego (lego
autem sæpissimè) & mihi occurrit locus ille,
in quo diuine admodū (vt cætera omnia) Poe-
ta hortos Alcinoi describens cecinit, ὄρχων ἐπὶ
ὄρχων ἠηράσκε, μίλον δ' ἐπὶ μίλω, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῆ σταφύ-
λῃ, σύκον δ' ἐπὶ σύκῳ, toties illuc cogitatiōe, & ani-
mo delabor, vt facile credā, Poetā quidem, si
hortos hos vidisset (aut quoniam cæcum fuisse
tradunt) fama, auditione uē accepisset, liben-
tius, ac animosius, verius certè æternos hos ver-
sus de his, quàm de Alcinoi hortis, quos con-
stat nusquam tales omnino extitisse, fuisse de-

Clara deus
ampli or sicut
amplius, illius

Alexii humani-
tas in Campeg.
Episcopum.

Comparatio.

Homerus de Al-
cinoi hortis.

Idest, Pirum in
piro senescit,
malum in ma-
lo, vua in vua,
siue botrus in
botro, & ficus
in ficu.

amplius

D

canta-

cantaturum: sed hæc tu melius, vel omnium opti-
me. illud verò tibi omni asseueratione affirma-
re possum, ac polliceri, locum hūc suos habere
hortos, satis quidem amplos, quadratos, pin-
gues, amœnos, & benè cultos, irriguōs quoq;
halantes floribus, ordinibusq; arborum, si non
in quincuncem directis, at aliqua tamen non
ingrata textura inter se respondentibus: sed ni-
hil ad illos. Quod verò ad venationē, & aucu-
pium attinet, illud tantummodo scias velim,
quotidie per hos agros, sed potissimū diebus
festis, alios quidem magna concursatione, atq;
clamore, venationis causa vagantes, lepores, fa-
sianos, perdices, lupos quoque, canibus, acci-
pitri, retibus, plagisq; capere; alios vero taci-
tos, ac propè musfitantes, visco, laqueis, ac
tendiculis, turdos, merulas, turtures, & cæ-
terarum minorum auium multitudinem in-
numeram decipere, quæ res regionem hanc
multo amabiliorem, iucundioremq; facit.
Fortasse dices, tot cū dotibus, & prærogatiuis
gaudeat, & abundet villa ista tua, de qua tam
multa verba fecisti, quid? nihil ne illi deesse,
nihil ne præterea desiderati posse putas? im-
mo verò, vt ingenuè fatear, & nihil dissimu-
lem: quid enim? res nanque ipsa me etiam
tacente loquitur, & valdè leue, & nugato-
rium esset, hoc inficiari: plurima sanè de-
sunt, desideranturq;: Sacellum in primis,
deinde pomarium, tum balnearia, piscina


Horti Tuscu-
lani eorumque
amœnitas.

Venationes, &
aucupia.

Venatorum, &
aucupatorum
enarratio lucu-
lenta.

Sacellum Diuo
Tadeo votū est,
q̄ breui absolu

vna



um cōspicietur,
gracili quidem,
& nobili anti-
quorum opere
constructum.

id est, præsertim
tali cupiditate
minimè impos-
sibiliū existēte.

Francisci Bolo-
gneti Senatoris
cōmendatio.

Quem sodalem
desideret Cam-
pegius q̄busuē
moribus imbu-
tum.

Non enim solū
semper optimū
est vera dicere.

Luxus immodi-
ci detestatio.

vna cum salientibus additis, auiarium, ac demū <sup>Pomariū,
Balnearia,
Piscinæ, ac
fontes Hi-
draulicis
machinis
salientes,
Auiarium,
& Sylua vi-
ridicata,</sup>
pars aliqua syluæ viridicatæ: verum in harum
rerū desiderio (Deo volente) diutius non ero,
atque hoc ipsum bono modo: ^{ἄλλωστε τοιαύτης}
^{ἐπιθυμίας ἵκιστα τῶν ἀδυνάτων οὐσιν.} male mi fit, nisi
omne meum studium, ac diligentiam ad hæc re-
ferentur, atq; in eisdem cōsumentur: sed illud
præcipuè quæritur, quod me multū angit, &
solicitat, at pudet scribere, ad Senatorem præ-
sertim: verum cum Francisco Bologneto, mei
amicissimo, atq; elegantissimo viro omnia cō-
municari, diciq; & possunt, & debent. verissi-
mum hoc est, & prorsus non omittendum, sic
faciam: Philosophus mihi, ac Tusculano opus
est, non quiuis, & blandus, sed præceptis, &
institutis Stoicorum plenissimè imbutus, vt,
cum in quos sumptus pecuniæ tot abierint,
viderit, Stoica quadam grauitate, ac seuerita-
te huius insaniam, ac meam quoque (vt me-
remur) acriter obiurget, acerbeq; castiget:
^{οὐ γὰρ μόνον ἀείκιστατον ἐστὶ τ' ἀληθῆ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ἀνοῦειν,}
& iure optimo tāta luxuries, ac temeritas om-
nino videtur coërcenda: is tu si eris, cū venies,
pergratum mihi erit, nā maxima me molestia,
ac labore liberabis, qui mihi ad inquirendum
eum esset subeundus. rides? at hæc, cum vene-
ris, tibi ridenda non videbuntur, sed irridēda,
vel vindicanda potius. Ego verò rusticus Bono-
niensis iam factus, non stomachans fastidiosè,
sed rusticè satis, urbanè etiam paululum, hæc
tecum

tecū familiariter iocatus sum; quod velim tibi
sit documēto (liberè tecum, vt mei moris est,
ago) vt omnem urbani supercilii seueritatem,
ac tristitiam, vel istuc omnino relinquant, vel cer-
tè quādiu nobiscum hic fueris in Tuscula-
no, quo urbanitates, ac lepores omnes deferen-
di, ac deponēdi potius sunt, hilaritate, & comi-
tate rustica magna ex parte remittas. sed de io-
cis satis. Hæc habui mi Franciscæ, quæ de Tu-
sculano meo hoc tempore aceruatim, ac rudi
quadam, pinguiq; Minerua ad te scriberem.
quod, vt facerem, tuis amantissimis literis non
inuitatus, sed propè impulsus sum. hoc autem
ideò fufius, ac vberius scripsi, ut liquidius ali-
quò pacto posses intelligere, te iustam quidē,
& bonam causam villam hanc visendi habere,
sed mihi gratulandi multo iustiorē, potio-
remq; q̄ mira suauitate villam habeam, & tot,
ac tantis viuæ voluptatis illecebris vsquequaq;
cumulatam. Quare cum à publico officio, &
munere vacaueris, quòd his affiuis tempo-
ribus concedi omnibus solet, nec amicorum
negotia impediēt, quominus rusticari tibi pro
tuo arbitratu liceat, huc, vt quamprimum ve-
nias, te etiam atque etiam rogo. maior enim
pars domus (vt videbis) vacat: nec vltra quar-
tum lapidē equo, aut cisio progredieris, quod
(vt optimè nosti) à Romanis inter opportuni-
tates villæ numerabatur: & me hominē postea
non putabis, si nimium plus vero Tusculanū
lauda-

Quomodo in
Tusculanū sit
diuertendam.

Tusculanum ab
Urbe tertio lapi-
de distat, quod
à Romanis inter
villæ commodi-
tates numeraba-
tur.

si obom
m
sub

Villa hæc Villarum Bononien-
siu Regina quid-
dem, & merito
appellatur.

laudauerim. Ego quidem in hac sum senten-
tia, cum prius oculis omnia perlustraueris, te
cum hinc disceſceris, amœnitatis, & commo-
ditatis loci huius buccinatorem egregium fir-
mo, constantiquè animo futurum, & pro tui
iudicii præstantia, villam hanc, si non cæte-
rarum reginam villarum nuncupaturum, at
inter magnificas, & amœnas certissime repositu-
rum. Verboſior epistola hæc fortasse fuit,
quàm velles, quod quidem ego vitassem, nisi
mihi facile persuasissem, tibi minimè laborio-
sum, aut moleſtum futurum, legere id, quod
veluti totius villæ simulacrū quoddam iucun-
ditatem aliquam allaturum maximè confide-
bam: in quo si offensus es, erit (vt puto) hu-
manitatis tuæ, non Epistolam, quæ villam de-
ſcripſit, sed villam, quæ descripta est, culpæ:
nam prægrandis cum sit, paucis describi non
potuit, & me, qui illius aspectu plurimum affi-
cior, eiusdem laudum commemoratio (vt ve-
rum fatear) non nihil quoque delectauit.
Vale ex Tusculano, Nonis Sextilis, M D L X V I I.



Tusculano
Nonis Sextilis
M D L X V I I

